

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce  
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte  
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi  
coadiutoris**

**Juan <de la Cruz>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1639**

Elogivm V. Illustrißimi & Reuerendißimi D.D. Fr. Antonij Perez Episcopi  
Vrgellæ, Operum V.P. Fr. Ioannis à Cruce, contentum in Epistola missa ad  
V.M. Annam de Iesu, Fundatricem Monialium Carmelitarum ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37873**

## ELOGIVM V.

*Illustriſimi & Reuerendiſimi D.D. Fr. Antonij Perez,  
Episcopi Vrgella, Operum V.P. Fr. Joannis à Cruce, con-  
tentum in Epiftola miffa ad V.M. Annam de Iefu,  
Fundatricem Monialium Carmelitarum Diſ-  
calceatarum in Gallia & Belgio.*



Pera V.P. & Magistri sui F. Ioannis à Cruce, quæ R. V. mihi perluſtranda  
comiſit, remitto ea quippe talia in ſe ſunt, vt (quantum pro ingenij mei  
tenuitate percipio) totus vester ſacer Ordo, tanquam in lucidifimo totius  
perfectionis ſuę ſpeculo, merito ſe ipsum in eis inſpicere, & contemplari  
poſſit. Nam ſi illius profeffores viam purgatiuum rigidè ſequuntur, hic taliter illa  
proponitur, vt ob illius rigorem eiusdem traſtatio Nox Obscura inſcribatur: ut pote in  
qua homo proprios obtutus, uſque adeo fugit, vt ei de ſe ipſo liceat enun-  
ciare, quod D. Paulus de Christo Domino afferuit. 2. Corinthi. 5. Et ſi nouimus  
ſecundum carnem Christum, ſed iam non nouimus. Si vero viam illuminatiuam inſigni cum  
ſplendore exercent, hic tantopere reſplendet, vt manifestum quoque fiat, eodera A-  
postolo teſte 1. ad Cor. 2. eam non in sapientia hominum, ſed in virtute Dei ſplendere; adeo  
vt quod ibidem ſubiunxit diſere poſſint. *Nos ſenſum Christi habemus.* Denique ſi viam  
vnitiuam, tam praeſcellenter profitentur, hic uisque adeo perficitur, vt attingatur quo-  
dammodo quod D. Paulus afferuit 1. Cor. 6. *Qui adhaeret Deo, unius ſpiritu fit cum eo.* Po-  
teſtitaque R. V. theſaurum iſtum tanquam tem coelestem aſtimare: praeſertim ve-  
ſi praxis & exercitium tam ſalutarium documentorum, quo (meo quidem videre)  
qui ſic illa diſtabat, inſigniter emicuit, accedat, R. V. ſuis ſanctis precibus Deum exo-  
tet pro me. ipſe cuſtodiat, &c.

*EX ELOGIIS ILLVSTRIVM IN CAR-  
petania Scriptorum Viri Nobilis*

*D. Thoma Tammaio de Vargas Historiographi Regij.  
Ioannes de la Cruz.*

*S*iue de Iepes inter celebriora Carpetanici iuris oppida non ultimum locum  
Iepes Toleto vicinum iure obtinere ſemper viſum eſt. Nam ſi primuam  
illiu-